



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

80. Camelus: Expressus ex Oppiano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

ut oculatis ex fulvo circulis, vel cœrulea, vel alba distinguatur tergi supplex. Tradunt, ad ore earum, & contemplatione armata mirè affici, atque vbi eas persentificantur, properato conuenire, nec terreri, nisi sola oretoritate quam ob caulam Pantheræ, ab leonditis capitibus, quæ reliqua sunt spectanda præbent, ut pecuarios greges stupidos, in obtutu populerunt secura vastatione. Sed Hyrcani, vt hominibus intentatum nihil est, frequentius eas veneno, quam ferro necant. Aeonito carnes illinunt; atque ita per compita spargunt semitarum; quæ vbi esse sunt, fauces earum angina statim obsidentur, adeo gramen ~~rapax~~ illi appellauerunt, sed panthereæ aduersus hoc virus exrementa humana deuorant, & suopte ingenio pesti resistunt. Lenta illis viae, adeo ut electis interaneis mortem diu differant.

## CHAMÆLEON.

Ex eodem Solino.

Descriptio LXXXI.

**P**ER omnem Asiam Chamæleon plurimus, animal quadrupes, facie quâ lacertæ, nisi crura recta, & longiora ventri iungentur, prolixa cauda, & cadem ad vertiginem torta, hamati vngues, subtili aduncitatae, incessus piger, & ferè idem, qui testudinum motus: corpus asperum, cutem, qualem in crocodilis deprehendimus, subducti oculi, & recessu concavo introrsum recepti, quos nunquam iactatione obnubit. Vismus denique non circumlatius pupillis, sed obtutu rigidi orbis intentat. Hiatus eius æternus, ac fine nullius visus ministerio, quippe cum neque cibam capiat, neque potu alatur, nec alimento alio, quâ haustu aëris viuat: color varius, & in momento mutabilis: ita ut, cuicunque rei se coniuxerit, concolor ei fiat: colores duo sunt, quos fingere non valer, ruber & candidus, cæteros facilè mentitur. Corpus penè sine carne, vitalia sine liene, nec nisi in corculo pauxillum sanguinis est. Latet hymen, producitur vero: Impetibilis est coraci, à quo cum interfactus est, victorem suum perimit interemptus: nam si vel modicum ales ex eo comederit, illicè moritur.

Idem, ex Tertull. lib. de Pallio.

**E**st & quadrupes tardigrada, agrestis, & humilis, aspera. Testudinem Pacuianam putas? non est; capit & alia bestiola vermiculum de mediocribus oppidò, sed nomen grande: Chamæleonem qui audietis, haud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius cū leone. At cum ostenderis apud vineam fermè sub pampino totum ridebis illicè audaciam, & Græciam nominis: quippe nec succus est corpori, qui munitoribus multò licer. Chamæleon pellicula viuit, capitulum statim à dorso: nam deficit ceruix. Itaque durum reflecti, sed circumspicu emessit ocelli, imò luminis puncta vertiginant. Hebes, fessus virfe à terra suspendit: molitur in celum stupes, & promouet, gradum magis demonstrat, quam explicat, ieiunus scilicet semper, & indefectus: ofcitanus vesicatur, follicans ruminat, de vento cibus: Tamen & chamæleon mutare totus, nec aliud valer. Nam cum illi coloris proprietas una sit, quod accessit inde suffiditur. Hoc soli chamæleonti datum, quod vulgo dictum est, de corio suo ludere.

## CAMELVS.

Expressus ex Oppiano.

Descriptio LXXX.

**P**Ræclarum, mite, domesticum est Came- Oppia, illorum genus hominibus ad circumuehenda onera perquam familiare. Corpus illi supra cæterorum animantium speciem procerum, & punctis interfinito tergor maculosum, caput cætero quo amplius paulatim ad verticem gracilescit, ex eo geminæ cornuum species emergunt, supra verò tempora secundum aures, duo molliter confusq; unapices, in ore lacteus prominet numero la serie dentium nitor, oculi iucundissima luminis face scintillant: terga lata, & insigni colliculo protuberantia, crurum non æqualis mensura, postri enim pedes anterioribus minores, ex quo nonnihil claudicare viderunt. Cauda talis est, qualis cervis, aut damis esse solet, summis

a terz.

A ergo nigrantibus villis hirsuta. Ad sum-  
mum tali est ingenio, ut onera quam maxi-  
ma dorso ferat, & longam viam continuo  
cursu deuoret; quod si quando consistat, noa-

vult flagris, & verberibus adigi, sed suau-  
modulatione demulceri: hac itineris labores  
mitigat, & veluti nouis animis, ac viribus re-  
uirescit.

A P E R.

Philostratus in venat. Suum.

Descriptio LXXXI.

**K**AI δρόν τὰ θηράτα θηρίον. καὶ τὰς ἵλαιας  
σχοράει, τὰς απικέλες ἀκτέμυρας.  
καὶ σύδε συκῶν καταλέλουπεν σύδε μῆ-  
λον, οὐδὲ μηλάνθεν. πάντα τὸ θηράκεν τὸ  
γῆς, τὰ μὲν ανοράπτων, τοῖς τὸ έμπιπτων, τοῖς τὸ  
παρακυνάδην Θ. δρόν τὸν αὐτόν, καὶ τὰν χαρ-  
τῶν φρίποντα, καὶ πύρεμελέποντα, καὶ οἱ δόν-  
τες αὐτῶν κατάγγεστι φέματας χειράρχοι.

Feræ opera intueris: nam oleas effodit, vi-  
tes abcidit, & neque sicum, neq; malum,  
neque malifloram reliquit: sed cuncta ra-  
dicitus euellit: hæc quidem effodiens, in hæc  
vero incidens, alia vero atterens. Videò au-  
tem ipsum, & seris hortentem, atque ig-  
neis rubentem oculis, & ipsius in  
vos strident dentes,  
ō genero-  
fi.

C E R V V S.

Ex Græco Oppiani.

Descriptio LXXXII.

**C**eruus est procera corporis statura, pre-  
cellenti forma, lata facie, magnis, & in-  
signibus oculis, tergori varijs macu-  
lis interstincto: huic obæsa pectora, &  
gentes armi decorè protuberant, crura ad  
perniciatem cursus aptissima moliter gra-  
cilescunt, nares patulis foraminibus, velu-  
ti quatuor siphonibus concisa ingentem spi-  
ritum hauriunt, & identidem crebris flati-  
bus emittunt. Ceruix minuta, atque elegans  
protenditur: sed præcipuum in cornibus mi-  
raculum: nemus diceris densis, præaltisq; ar-  
boribus constitutum, & longis ramorum fle-  
xibus intertextum. Hoc illi natura prædi-  
gium aduersus venatores dedit, quo si semel  
obuios perculerit, lethaler vulnerat. Sed in  
hac membrorum specie, & décori corporis  
quadam maiestate, desiderat imbellis animus,

qui non ita sæpe laceffit Martem, adeò om-  
nem salutis, & vita spem collocat in fuga:  
currit enim quam velocissime, Parthicam fa-  
gittam crederes, aut fulgor, tam pernici, tam  
violento concitatur impetu.

M A R T I C H O R A.

Expressa è Phile, Aeliano,  
& alijs.

Descriptio LXXXIII.

Funestum Indorum portentum est Marti-  
chora, qua nihil ad robur potentius, nihil  
ad speciem terribilius, nihil ad strages, rui-  
nasque omnes funestius: corpore cùt instar  
leonis valentissimi, cùt sanguinea, villis, se-  
risque perhispida, in ferocibus membris  
(mirum) humani capitis species affurgit, in  
quo & terribiles oculorum faces emicant,  
& ad horrorem mortalium composita den-  
sissi.